Catullus Veronensis poeta.

Cui dono lepidum novum libellum
Arido modo pumice expolitum
Corneli tibi. namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas
Iam tum cum ausus es [a] unus italorum
Omne evum tribus explicare cartis
Doctis iupiter et laboriosis.
Quare tibi habe quicquid hoc libelli
Qualecumque [subaudi est] quod patrona [b] virgo
Plus uno maneat [i. expectet] perenne seclo.

a. intelligo de virgilio et per tres cartas intelligo tres eius libros scilicet bucholica. Georgica et Eneyda.

b Intelligo de palade uel de musa in generali que diu permanet seu immortalis

Passer [supple eius] delicie mee puelle.
Quicum [i. cum quo] ludere quem in sinu tenere
Qui primum digitum dare at petenti

Completo prohemio opus suum inchoat quod vario metrorum genere prosequitur materia tamen fere omnis est comica ut inferius demonstrat.

© Bodleian Library, University of Oxford, 2010
MS. Canon Class. Lat 30, fol. 1r